

Krönwittler

1713





3757

70

Q. D. B. V
AD
ORATIVNCVLAS QVASDAM
DE
PRODITIONIS
CRIMINE
IPSIQVE
PRODITORVM FATIS
IN
LYCEO VITEMBERGENSI

EIVSQVE AVDITORIO MAIORI

A. R. S MDCCXIII. PRID. ID. APRIL. H. III. POMERID

A

QVIBVSDAM ALVMNIS

HABENDAS

OMNES REIP. LITER. PROCERES ET FAVTORES
SIGILLATIM

MAGNIF. DOMINVM EPHORVM

ATQVE

AMPLISS. HVIVS CIVITATIS SENATVM

SVMMA ANIMI OBSERVANTIA

ET OFFICIORVM SVORVM

INSINGVLOS TESTIFICATIONE

INVITAT

M. CHR. FRID. KRANEVVITTERVS

FAC. PHIL. ASS. ET LYCEI OPP. RECTOR

VITEMBERGAE SAXONVM
IMPRIMEBAT IO. LVDOLPHVS FINCELIVS





E T si secundum Ciceronem, (a) qui mirifice Stoicorum praeceptionibus se delectat, res expedita, nullisque obscuritatibus inuoluta, est, *homines hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se, aliis alii prodesse possent*: tamen non exiguus reperitur mortalium numerus, qui, de hoc parum solliciti, operam nauant sedulo, ut, nulla fidei et candoris habita ratione, amicis suis, siue superioris, siue inferioris sint conditionis, nocent, eorumque commoda et utilitates impediant atque retardent. Taceo in praesenti mille alias nocendi artes, illam duntaxat attingisse contentus, quae prodendo, hoc est, alterum perdendo, eiusdemque uitam et facultates uariis exponendo periculis, exercetur. Quae flebilis pestis sub proditionis, siue perfidiae, nomine omnibus innotuit, et a-

A 2

(a) de Offic. lib. I. cap. 7.

pud

pud sanctos Dei viros (b) aequae ac saniores
 simulacrorum cultores, quos sanctior Dei cœ-
 tus non nudius tertius *gentiles* uocare cœpit,
 usquequaque (c) in magno odio fuit. Vt de Scri-
 ptoribus, diuino afflatu excitatis, et aliis, quo-
 rum minor est auctoritas in ciuitate Dei, (d)
 nihil dicam, e Xenophontis (e) sententia pro-
 ditionis crimen *quouis hostili scelere abominabi-
 lius et perniciosius esse* statuitur. Fauet praeter-
 ea huic sententiae Valerius Maximus, (f) ex-
 presse scribens: *occultum et insidiosum malum ef-
 se perfidiam, seu proditionem, latebris suis ex-
 trabendam.* Sicuti uero omnis generis mala,
 quae nobis perniciiei esse possunt, timenda
 sunt: ita nullum, credo, periculum magis est
 timendum, quam quod a proditore compa-
 ratur, eo, quod occultum est, et homines in-
 terimit, priusquam prouideri possit. (g) Ne-
 que ab hac opinione dissentit ipse Cyprianus,
 (b) a Lesio (i) excitatus, qui *faciliorem cau-
 tionem*

(b) Ier. IX. 5. Prou. III. 29. XXX. 31.

(c) Hieronym. Ep. XXII. c. 13.

(d) Syr. XXVI. 6.

(e) Lib. II. rer. græc.

(f) Lib. IX. c. 6. n. 1. p. m. 331.

(g) dicente Oforio, de reb. gest. Eman. lib. III. fol. 101.

(h) lib. de Unitat. Eccl.

(i) in Disp. de Veritate morali, c. IV. f. m. 703.

tionem ibi effedocet, ubi manifesta formido, quam
ubi proditio, tertia auaritia filia, et occulti no-
cumenti illatiua manifestatio (k) rem suam ex-
erceat, & dominatrix quasi existat. Dolendum
uero est, quod execrabile hoc malum tot a-
matorez inuenit, quorum studio atque labore
innocentibus infinita parta sunt damna. Ec-
quisnam Rodocus, cuius mentionem facit al-
ter Maccabaeorum liber? (l) nonne prodi-
tor? qui hostibus ea omnia, quae occultari
fas erat, detexit? Cuius sceleratissimi perditif-
simique hominis corruptissimos mores imitati
sunt Heraclammon, (m) Faleriorum, seu Fa-
liscorum, magister ludi, (n) seruus P. Sulpitii,
(o) incolae Cynaethae, (p) Abrahamus Em-
barca, (q) Iannensis quidam, (r) Compoba-
chius,

A₃

- (k) Fr. Tolet. Pater purpurat. Eccl. Rom. de 7.
pecc. mortal. c. XLIV.
(l) Cap. XIII. 21.
(m) Vopiscus in Vita Aurel. c. XXIII.
(n) Liv. lib. I. dec. I. Val. Max. 1655. conf. Lauterb. in
Regenten-Buch / lib. I. c. 14. fol. 148.
(o) Liu. lib. LXXVII.
(p) Polyb. Lib. IV. c. 18.
(q) Thuanus Lib. VII. fol. 140.
(r) Wolff. in memorabil. Cent. 16. fol. 172. ex quo
refert Knichen in Opp. Polit. lib. II. P. IV. c. 7. th.
5. explic. 2. p. 964.

chius, Comes Neapol. et Dux militaris, (s)
 Eutagrius, (t) Dux Guisus, (u) Bironius, (x)
 Harmatius, itidem Dux militaris, (y) et sex-
 centi alii, quorum nomina minus digna, quam
 quae in lucem protrahantur. Nec ab immani
 hoc scelere prorsus alienus fuit sexus sequior,
 utpote qui plerumque corporis forma a digni-
 ore se distinguit, et animi malitia eum inter-
 dum uincit. Quibus ut fidem faciamus, iu-
 uat instar omnium par sororum, proditiōnis
 scelestissimae conuictarum, producere, dignum
 sane, quod in scena spectetur. Altera uirgo
 Ephesia (z) est, plebei ordinis, quae proditi-
 onis non solum se suspectam reddidit, uerum
 etiam apud ipsum murorum oppugnatorem in
 summo odio fuit. Altera uirgo uestalis, gen-
 te Romana, a patre, capitolii custode, Tar-
 peia (aa) cognominata, arcem dicti capitolii
 quidem prodidit, sed misero fato, quo prior,
 inter-

(s) Cominaeus lib. VII. Comment. p. 574.

(t) id. lib. V. de Bell. Neapol.

(u) Gramond, Hist. Gall. lib. II. fol. 158.

(x) Perefixe dans l'histoire de Henry le Grand, P.
 II. p. 370.

(y) Zonar. T. III. Hist.

(z) Plutarch. in Paral. Hist. Græc. cum Rom. conj.
 c. 18.

(aa) Flor. lib. I. c. 1. Propert. Lib. IV. eleg. 412

interiit. Atque his accidit, quod proditori-
bus in uniuersum fere omnibus, ut non so-
lum spe lucri, ex perpetrato scelere expectan-
di, exciderent, uerum etiam funesta et lamen-
tibili morte caderent. Proditio enim, quan-
quam ad ultimam Thulen releganda uidetur,
multos inuenit fautores, sed ipsis proditoribus,
consentientibus omnibus, patrocinium sem-
per est denegatum. Vnde ueteri uerbo sua con-
stat ueritas: ἡ δὲ ναυὶ βεβλή τῶ βεβλεύσασι να-
υίση, quod ab Romanis scite explicatum de-
cantatumque apud Gellium: (bb) *malum con-
siliium consultori pessimum.* Fertur enim Phi-
lippus Macedo dixisse: *se prodituros quidem,
amare, eos uero, qui iam prodiderunt, odisse ma-
xime.* (cc) In hanc sententiam pedibus iuit Au-
gustus, (dd) qui palam confessus est: *sibi pro-
ditionem cordi esse, sed proditores se pati deinceps
non posse.* Quid dicam de Aureliano, quem
Vopiscus eadem mente praeditum fuisse cū-
mulate tradit? Causam si quaeris, cur pro-
ditores male sint habiti, illam Demosthenes
iamdu-

(bb) Lib. IV. c. 5. Noct. Att.

(cc) Stobæus, Serm. LII.

(dd) ἐγὼ προδοσίαν Φιλῶ, προδέτας ἐν ἐκρινῶ, ref. Plu-
tarcho in Apoph. Rom. c. XLV.

(ee) in Vita Aur.

(ff) in Tr. de Corona.

iamdudum reddidit. Sed temperabo mihi, ne multus sim in producendis exemplis eorum, qui plerumque ab illis ipsis, quibus operam suam uendiderant, puniti interierunt. Quotusquisq; est, qui nesciat, Camillum, fortissimum uirum, Liuiio auctore (gg) Iudi magistrum Faliscorum suis discipulis uirgis caedendum tradidisse, quo nefarius homo pœnam, scelere suo dignam, ferret. Huius uestigia legerunt duo Orientis maximi Imperatores, Mahumetes et Amurathes, (hh) eius nominis primi, qui longe acerbiori pœna proditores affecerunt, quorum opera insulam rhodum et constantinopolin occupauerant. Neminem enim fugit, quod isti proditores, cute detracta, misere perire coacti fuerint. Quid uero Christiani? Nae, si tempus suppeteret, chartaeque angustia permetteret, ut illorum monumenta historica, uel recentissimi aevi, excutere possem, liberaliter demonstrarem, quam lamentabili proditores sint puniti morte, et horrenda sua crimina igne, ligno, ferro, ac aliis id genus cruciatibus expiarint. Sed quid opus est uerbis, ubi res ipsa loquitur, et quotidiana experientia

(gg) cit. supra loc.
(hh) Richt. Axiom. œcon. ex. 85. p. 216. Wolf. in mem. loco supra cit.

tia eam fatis abundeque docet. Vel solas literas publice afferi solitas huic rei probandae sufficere posse crediderim. Ceterum non male egerunt, nec ab aequitatis studio deflexerunt, qui in proditoribus graui, aliquando etiam celeri, pœna afficiendis, exemplum statuerunt. Nam et tantum scelus, quod inter publica refertur crimina (ii) non est sine graui pœna dimittendum, (kk) ut alii ab hoc scelere sibi caueant, et ipsi criminis rei ad agnitionem peccati perducantur; nec ipsa pœna in plures annos est differenda, ne eiusmodi nebulones ansam elabendi, uel noua pericula pariendi nanciscantur. Proinde recte se habent illa, quae tum apud Dionem, (ll) tum apud

B

Vale-

(ii) lib. IX. Cod. tit. 8. conf. Geisleri Disp. de Nomin. mutat. et Scriptor. Anonym. Lips. 1669. in pr. it. Sueui Disp. de pœna capitali singulari, th. 12. feqq. hab. Viremb. 1693.

(kk) Plato scribit lib. IX. de Leg. princ. *δικαστῶν ἴστωσαν, ἀπὲρ ἱεροβύλοις*. Tacitus existimat, ita puniendos esse proditores, ut non eorum memoria parcatur, Annal. Lib. IV. c. XXXIII. n. 6. it. lib. II. c. XXXII Vnde et multis in locis proditorum aedes diruuntur, aratro inducuntur, et sale consperguntur. Hunc in modum, referente Thuano, lib. XXIII. fol. 1070. suprema Curia Pariensis pronunciauit contra Casp. Gobinium, Thalassiartham, conf. Ziegl.

Valerium Maximum (*mm*) de celeriter fumendo
de proditoribus supplicio praecipiuntur.

Quamuis uero non omnibus tale uitae et
fati genus contingat, ut illis odio sint, et ab
illorum manu pereant, quibus prodendo pro-
desse studuerunt; tamen, ut de diuina, quae
eiusmodi homines manet, poena nihil comme-
morem, relatum legimus, quod sibi aliquan-
do ipsi proditores, re accuratius considerata,
uiolentas intulerint manus, et nefandi sce-
leris causa sui euaserint interfectores. Sunt
in omnibus historiis eiusmodi exempla ob-
uia, quae quidem neque colligere, neque ad-
scribere nunc auimus est, cum Iudas Ischari-
otes, unus ex duodecim Christi comitibus,
suo funesto obitu rem omnem conficere que-
at. Hic nefarius homo, de quo scribere ex-
orsus sum, egregium quidem nactus erat no-
men, quod tamen factis minus respondebat.
A laudando, (*mm*) confitendo et celebrando

nomen

de Iure Mai. lib. I. c. II. n. 56. p. 62. seqq. it.
Deinl. Hals- u. Gerichts- Ordnung Caroli V. art.
124. de poena proditorum in Anglia uid. Cham-
berlaine et Miede in Descript. Angl.

(II) Lib. LII.

(mm) lib. IX. cap. VI.

(nn) Iudas aequiuoce λεγόμενος ἁ ἡρώη confiteri,
celebrare &c. uid. Stiffersi Ies. patient.

fortitus nihil minus, quam hoc, faciebat.
Quare iure meritoque de illo dici potuisset:

Si re priuaris, nec nomen habere mereris.

Optime cum Iuda Iesuitae, (oo) qui focii Christi esse uolunt, conferri possunt, utpote quorum facta a nomine longe dissentire uidentur. Vnde uero Ischariotes hic homo cognominatus fuerit, quaestio nondum ad liquidum est deducta. Sequor nunc plerorumque (pp) uestigia, a patria sua sic appellatum esse Iudam, contententium, etsi reliquorum sententias (qq) non explodendas uel et prorsus spernendas statuam. Quicquid uero huius sit, non adeo

B 2

cum

(oo) lepide poeta quidam:

Bos et asellus erant focii nascentis IESV,
Latrones focii, cum moreretur, erant.
Vos IESV focios dum dicitis esse, necesse est,
Latrones, asinos, aut sine mente boues?
c. l. p. 86.

(pp) alleg. c. l.

(qq) numero tres. Alii dicunt, quod Ischariotes descendat a שכר merces, Act. I. 18. alii dicunt, quod idem sit ac שרר אש uir abscissionis; alii denique affirmant cum Erasmo eum ex tribu Isaschar ortum, ideoque sic cognominatum esse. Stiffer. c. l.

cum nomine et cognomine, sed cum nefando
proditionis crimine, quo uitam suam macu-
lauit, rem nobis esse, facile intelligimus. Cer-
te mirari satis non possum, quod reperti sint
homines, *Caini* (rr) cognominati, qui, ut i-
psum Cainum, factionem Coraiticam, & So-
domitas, ita prae ceteris magno uerborum ap-
paratu Iudae eiusque scelus commissum et o-
mnibus notum, excusare ac defendere non e-
rubuerunt. Utinam uero hi soli essent, qui
Iudae causam perorare ausi sunt, nec etiam in-
ter Reformatos, (ss) ac Pontificios (tt) Iudae
patroni, ipso Iuda peiores, reperirentur, qui
hoc cæno se obleuerunt. Nos, qui meliora e-
docti, scelus istud execramur magnopere, di-
scipuli ingratiissimi exemplum in Iuda uiden-
tes. Hic est, qui specie amici certissimi, quod
mun-

(rr) Iren. lib. I. aduers. Haeret. cap. ult. Tertul. de
praescript. adu. Haeret. Cap. XLVII. Epiphani-
haeres. 48. Iustin. in Quaest. 18. p. 330. Isidor.
Pelus. lib. I. Epp. n. 56. p. 79. Augustin. lib. de
Haeres. c. 18.

(ss) Georg. Spindlerus in lib. I. de prouid. p. 186.

(tt) Ruiz. de Volunt. Dei p. 365. Tanner. T. I. Opp.
p. 605. Casp. Ramus in libr. de diu. praenot.
relect. 5. p. 115. Did. Alvarez Lib. de Auxil. grat.
Disp. 22. et 24. Drexel. de Anglo quodam, Ren-
dato dicto, P. I. Phaet. c. IV. §. 3. p. m. 117.

mundo nec ignotum, nec inuisitatum est, (iii)
 osculo prodidit magistrum, ut inde lucrum a-
 liquod in suum quasi redundaret sinum. Sed
 quale hoc fuit? certe non triginta argentei,
 quos restituit iis, a quibus acceperat, sed la-
 queus, in quem suum ipse collum inferuit, et,
 scelere altius considerato, sui *αυτοξυς* factus
 est, uiuusque se in tartara praecipitauit. Ne-
 que ipsi ad gratiam occludebatur regressus.
 Odit quidem mundi Seruator peccata omnia,
 in quorum numero proditio non ultimum me-
 retur locum; sed peccatoribus, uera poeni-
 tentia et fide instructis, se amicum exhibet,
 cum iisque in gratiam redit. Ita Iudas aegri-
 tudini sine ulla expectatione gratiae diuinae
 locum in animo concedere non debuisset, ne-
 dum eo deuenire, ut fati genus iuxta Sene-
 cam quaereret:

B₃

De-

(uu) Mel. mel in ore, uerba lactis, fel in corde, fraus in
 factis. Exempli loco Saulus i. Sam. XVIII, 16. sq.
 ipse Dauid erga Vriam, 2. Sam. XI, 15. seqq.
 Ioab erga Amasam, 2. Sam. XX, 9. 10. Ptole-
 maeus erga Socer. Pontif. M. Simon. eiusque
 filios, i. Macc. XVI, 15. 16. Thyestes erga Atre-
 um, Ouid. lib. 15. Metamorph.

*Decreta mors est : quaeritur
fati genus :*

*Laqueone uitam finiam? an
ferro exigam?*

*An missa praeceps arce palla-
dia cadam?*

Sed manum de tabula. Haec, quae Tibi, L. C. sistuntur, leui penicillo adumbrata, in gratiam quorundam disciplinae nostrae alumnorum scripta sunt, qui non solum proditiois crimen cane peius et angue uitant, sed & oratiunculas quasdam conscripserunt, quibus maiorum illam grauissimam lernam animis discendum euellendam student. Prodeant ergo

I.
IOANNES CHRISTOPHORVS
LEONHARDVS,

Lipsiensis,

Venia dicendi eloquentiae tyronibus *Sermo-
mone patrio* exorata de iniuriis patienti Chri-
sto illatis conquesturus,

II.
GODOFREDVS GAENSIGIVS

Vitembergensis,
De ipso prodicionis scelere uerba facturus,
Oratione latina,

III.
GODOFREDVS LEHMANNVS

Vitembergensis,
De causis ad prodicionem allicientibus expo-
siturus, *Oratione latina,*

IV.
Gottlob Heinrich VOGLERVS

Dresdensis,
Funestum proditorum exitum depicturus,
Oratione latina,

V.
IO. GEORGIUS KRAVSIVS

Schildauia-Misnicus,
Praemisso carmine elegiaco latino de fugienda
prodicione auditoribus uersibus germanicis gra-
tias acturus.

His tanta audacia non est, ut Te, quicumque
tua praesentia nostras musas exhilarare decre-
uisti, docere uelint. Optime enim norunt,
quam


quam curta sibi suppellex, contra ea norunt, quantus sit tibi doctrinae thesaurus. Vno uerbo dicam: constituerunt apud animum se exercere, et te uti iudice. Officium illis tanto minus negabis, quanto maiori studio et amore scholas, utriusque reipubl. fundamenta, complecteris. Prius sol erit coniunctus cum luna, et humor igni non erit contrarius, quam huius beneficii nos esse immemores asseueres. Nihil proinde superest, quam ut te, L. C. orem atque obtester, ut humanitatis in literas earumque cultores propendentis beneuolo et facili accessu exhibeas argumentum. Te *hymni*, pro ratione temporis elaborati, excipient, iisque te cum gratiarum actione nostra dimittet Schola. Deum autem, ut Summe Venerabilem Praefulem, Scholae nostrae Praefectum, una cum Amplissimis eiusdem Curatoribus, et ceteris rei scholasticae fauentibus seruet, et per illos coetum Deo sacrum, Rempubl. Scholamque florere iubeat, ardentissimis implorabo uotis. V. E. P.

Kp 3986

X 23A6383







2. D. B. V

AD
ORATIONES QVASDAM
DE

PRODITIONIS CRIMINE

IPSISQVE
PRODITORVM FATIS

IN
LYCEO VITEMBERGENSI.
EIVSQVE AVDITORIO MAIORI

A. R. S. MDCCXII. PRID. ID. APRIL. H. III. POMERID

A
QVIBVSDAM ALVMNIS
HABENDAS

OMNES REIP. LITER. PROCERES ET FAVTORES
SIGILLATIM

MAGNIF. DOMINVM EPHORVM

ATQVE
AMPLISS. HVIVS CIVITATIS SENATVM

SVMMA ANIMI OBSERVANTIA
ET OFFICIORVM SVORVM
INSINGVLOS TESTIFICATIONE

INVITAT

M. CHR. FRID. KRANEVVITTERVS
FAC. PHIL. ASS. ET LYCEI OPP. RECTOR

VITEMBERGAE SAXONVM
IMPRIMEBAT IO. LVDOLPHVS FINCELIVS